Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



mundum exinformi materia; Unde philosophi
prout iam dictum est; nonualenter spendrare
quem admodum diuina sapientia mundū creauit
exnihilo; aestimabant coaeternū esse mundū;
Ista propter ea dicunt; quia adtendunt fabrū
& non dm; Aiunt enim lignū adiuuat fabrum,
& argentum argentarium & aurū aurificem;
His enim quamuis indigeant; tamen creare ne
queunt; Dns autē nihil horū indiguit; sed exin
formi materia condidit omnia non extra se
tamquam faber; Non enim faber facit lignū;
sed de ligno aliquid facit; Omnipotens autem
nulla rē adiuuandus erat; qua ipse non face
rat; ut quod uolebat efficeret; alioquin dns
non esset; Sed quaeritur cur ita dictum est;
In principio fecit dns cęlum & terram; & non dic
tum est; In principio dixit dns fiat caelum & terra;
Sic de luce narratur; dixit dns fiat lux & reliqua;
Hisi quia prius uniuersaliter nomine caeli &
terrae; conprehendendū erat; & cōmen
dandum quod fecit; & deinde per partes ex
sequendum, sicuti actum legitur; Sequitur; Ter
ra autē erat inanis & uacua, cum superius sit;